

Año XLVII. 30 DE AGOSTO DE 1906. Núm. 16.

---

# BOLETIN OFICIAL



DEL

## Obispado de Osma.

---

### SUMARIO.

*Motu proprio* de nuestro Smo. Padre el Papa Pio X ordenando que no se establezcan Congregaciones religiosas sin consultar á la Santa Sede (*texto latino.*)—Resolución de la S. C. de Obispos y Regulares sobre incardinación de sacerdotes por la provisión de beneficios.—Idem de la S. C. de la Inquisición sobre deglución de estampitas de la Sma. Virgen.—Declaración de la del Santo Oficio sobre el modo de determinar el parentesco entre consanguíneos en 2.<sup>o</sup> grado.—Circular del Ilmo. y Reverendísimo Prelado sobre Preceptorias de Latin.—Ley del Timbre.—Ley sobre embargos.

---

DE RELIGIOSORUM SODALITATIBUS  
NISI CONSULTA APOSTOLICA SEDE NON INSTITVENDIS

PIUS PP. X

MOTU PROPRIO

Dei providentis benignitatem, opportune Ecclesiae temporibus subvenientem, cum alia multa ostendunt, tum hoc praecclare, quod veteribus religiosorum Ordinibus ob conversionem publicarum rerum dispersis afflictisque, nova instituta accessere, quae, professionem religiosae vitae retinendo, ingravesceribus christiani populi necessitatibus multipliciter deserviunt. Illas hoc loco, ut appareat, utriusque sexus Familias dicimus,

proprio et titulo et habitu distinctas easdemque solo simplicium votorum aut nullo id genus vinculo adstrictas, quarum sodales, licet in plures distributi domos, eisdem tamen legibus ac sub uno summo praeside omnes vivunt, eo proposito, ut perfectionem virtutis ipsi assequantur, seque proximorum causa in variis religionis aut misericordiae operibus exerceant. Profecto sodalitatum istiusmodi, tam bene de Ecclesia deque ipsa civili societate merentium, sperandum est, numquam defuturam copiam: hodieque libet agnoscerre usque adeo eas increbuisse, ut nullum videatur esse ministrandae caritatis christianaे genus, quod illae reliquum fecerint. Verum tamem, quae est humanae conditionis infirmitas, ex ipsa ista talium sodalitatum frequentia, nisi temperatio aliqua iuris accesserit; fieri non potest quin aliquando sacrae disciplinae perturbatio quaedam oriatur et confusio. Itaque ad hoc averendum incommodum plura iam Apostolica Sedes edixit; nominatimque cavit, ne ibi sodalitas nova condetur, ubi per alias iam conditas necessitatibus locis satis consultum esset; neve ulla usquam sineretur institui, quae aut redditibus careret, ad sodalium victum necessariis, aut quidquam minus decorum in titulo, in habitu, in opere exercendo prae se ferret. Praetera Sacrum Consilium Episcoporum et Regularium negotiis praepositum nonnulla praescripsit antea servanda, quam hae sodalitates earumque constitutiones approbatione aut laude Sedis Apostolicae honestarentur. At vero experimentis compertum est, nondum per has praescriptiones satis esse provisum, ne sodalitates ab suis exordiis in eo statu collocentur, unde postea, quum Apostolicae Sedis comprobatio erit assequenda, debeant magno saepe cum detimento recedere. Quare, de eiusdem Sacri Consilii sententia, haec Nos quae infra scripta sunt, motu proprio statuimus:

I. Nullus Episcopus aut cuiusvis loci Ordinarius, nisi habita Apostolicae Sedis per litteras licentia, novam

alterutrius sexus sodalitatem condat aut in sua dioecesi  
condi permittat.

II. Ordinarius, huius licentiae impetrandae gratia,  
Sacrum Consilium Episcoporum et Regularium nego-  
tiis praepositum adeat per libellum supplicem, quo  
haec docebit: qui qualisque sit novae sodalitatis auctor,  
et qua is causa ad eam instituendam ducatur; quibus  
verbis conceptum sit sodalitatis condenda nomen seu  
titulus; quae sit forma, color, materia, partes habitus a  
novitiis et professis gestandi; quot et quaenam sibi  
opera sodalitas assumptura sit; quibus opibus tuitio  
eiusdem contineatur; an similia in dioecesi sint institu-  
ta, et quibus illa operibus insistant.

III. Accepta Sacri Consilii venia, nihil iam obstabit,  
quominus Ordinarius novam sodalitatem instituat aut  
institui permittat, eo tamen titulo, habitu, proposito  
ceterisque rebus ab ipso Sacro Consilio recognitis,  
probatis designatisve: quae numquam deinceps, nisi  
eodem consentiente, immutare licebit.

IV. Conditae sodalitatis constitutiones Ordinarius  
recognoscat: verum ne prius approbet, quam eas ad  
normam eorum, quae Sacrum Consilium in hac causa  
decrevit, exigendas curaverit.

V. Instituta sodalitas, quamvis decursu temporis in  
plures dioeceses diffusa, usque tamen, dum pontificiae  
approbationis aut laudis testimonio caruerit, Ordina-  
riorum iurisdictioni subiaceat, ut Decessoris Nostri  
constitutione «Conditae» sancitum est.

Quae vero per has litteras decreta sunt, ea Nos ra-  
ta et firma esse volumus, contrariis quibusvis minime  
obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die XVI Iulii anno  
MCMVI, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. X



## VITERBIEN

### EXCARDINATIONIS

**An sustineatur implicita seu aequipollens incardinatio sacerdotis in aliena dioecesi per beneficii provisionem.**

*Species facti.* Salvator Mascagna, e dioecesi Civitatis Castellanae oriundus, in Seminario Viterbiensi receptus est, ibique ut aseritur, cum dimissoriis proprii Episcopi in sacris ordinatus est, et dein a 1872 de ejusdem Episcopi consensu, canonicatum in Collegiata Viterbiensi S. Angeli, anno autem a 1886 paroeciam SS. Martini et Iacobi obtinuit. Verum iustis de causis huic paroeciae nuntium mittere coactus fuit, contentus menstrua, pensionem libell., 35; hinc Curia Viterbiensis, quae, tamquam suae dioecesis haud formaliter incorporatum eum retinens, ad illam originis seu Civitatis Castellanae remisit. Sed quum Episcopus originis eum recipere noluisset, eo quod dioecesi Viterbiensi incardinatum habuerit, quaestio, huic S. C. diluenda proponitur, cuinam videlicet dioecesi pertineat sacerdos Mascagna.

*Animadversiones.* Si praesens controversia diiudicanda esset ad tramitem decreti S. C. Concilii die 20 Julii 1898 (I), quod incardinatem in scriptis sub nullitatis poena faciendam esse prescribit, cum nullum extet excardinatio aut incardinatio documentum, sacerdotem Mascagna ad dioecesim Civitatis Castellanae non est dubium pertinere. Verum in casu de re agitur decretum ipsum antecedente, ac proinde resolutio edenda esse videtur ad normam iuris antiqui iuxta quod clericus subditus fiebat cuiusdam Episcopi nedum ratione originis, vel domicilii, vel beneficii, vel familiaritatis, sed etiam aequipollentis incardinatiois, dummodo constaret de voluntate utriusque Episcopi clericum perpetuo dimittentis et recipientis.

Tunc temporis si clericus in aliena dioecesi domicilium suo arbitrio acquirebat, utriusque Episcopi

subditus fiebat, originis nempe et domicilii, quemadmodum docet De Luca (*Theatrum iust, et verit, Misc eccl, disc.*, 44 n. 2.); «Considerando generaliter et in abstracto, quoniam recte dari potest subiectio ac respective competentia plurium Episcoporum, tam ad effectum collationis Ordinum, quam etiam cognitionis causarum aliosque effectus, quia nempe potest quis esse subditus unius Episcopi ratione originis, alterius ratione domicilii, alterius imo et plurium diversorum ratione beneficiorum ac respective bonorum quae in singulorum dioecesibus possideat, eodem modo quo sub tit. *de praemim.* habetur de civitate, quod scilicet potest quis esse civis plurium locorum pro diversitate respectuum. Item pariter dicendum est de clero, qui beneficium residentiale in aliena dioecesi, absque proprii Episcopi beneplacito consequebatur; quia licet alterius Episcopi subditus ratione beneficii fieret, non ideo tamen a priori Episcopi iurisdictione eximebatur. Hinc sequitur veteri iure excardinationem clerici ex una dioecesi et respectivam incardinationem in aliam suum effectum non sortiri, nisi simul concurrerent tum voluntas unius Episcopi perpetuo clericum dimitendi, tum voluntas alterius Episcopi illum item perpetuo acceptandi. Quae duplicis generis voluntas per se non requirebatur expressa, sed sufficiebat etiam tacita, dummodo evidenter constaret.

Iamvero in casu ex facto Episcopi Civitatis Castellanae permittentis sacerdoti Mascagna beneficium residentiale Viterbii assequendi, necnon Episcopi Viterbiensis eidem praefatum beneficium conferentis, satis clare apparere videtur voluntas utriusque Episcopi eum in perpetuum dimitendi et recipiendi, adeo ut aequipollens excardinatio et incardinatio habeatur. Nam quemadmodum non repugnat ut aliquis clericus subditus sit plurium Episcoporum etiam ratione diversorum beneficiorum in diversis dioecesibus, ratione originis, domicilii etc., tam ad effectum collationis Or-

dinum quam etiam ad omnes iurisdictionis effectus, ita non videtur repugnare ut Episcopus clero sibi subdito largiatur facultatem acceptandi beneficium residentiale in aliena dioecesi, quin eum a sua iurisdictione eximat.

Aliter tamen dicendum esset si Episcopus originis litteras dimissoriales e sua dioecesi proprio clero concessisset, et alter Episcopus beneficium perpetuum eidem contulisset; tunc enim sufficienter manifestaretur intentio Ordinarii *a quo* clericum in perpetuum dimittendi, necnon intentio Ordinarii *ad quem* illum perpetuo suae dioecesi adscribendi. Ita quun in un *Rottemburgem*.—*Adscriptioni ad clerum* (I) agitata fuerit quaestio num dioecesi Rottemburgensi pertineret quidam sacerdos, qui a proprio Episcopo Detroitensi dimissorias acceperat, et ab Episcopo Rottemburgensi curam animarum provvisorio modo obtinuerat, S. C. Concilii die 26 Martii 1886 rescripsit *Negative*, ea de causa quod non constabat de voluntate Episcopi *ad quem* suae dioecesi presbyterum illum in perpetuum adscribendi.

Caeterum in dubio utrum incardinatio facta fuerit necne, pro negativa sententia standum esse videtur, quia excardinatio a dioecesi in iure aequiparatur alienationi, quae, cum sit odiosa, praesumi nequit, et secum fert, saltem quoad personam, limitationem episcopalnis iurisdictionis, quae pariter odiosa est atque strictae interpretationis.

Hac super re exquisitum insuper fuit votum duorum Consultorum qui in contrariam prorsus sententiam abierunt. Primus enim ratus est sacerdotem Mascagna adhuc pertinere ad dioecesim Civitatis Castellanae, eo quod litteris dimissorialibus huius dioecesis Episcopi in Seminario Viterbiensi ordinatus fuerit, ibique eiusdem Episcopi consensu beneficium obtinuerit. Qua-

(1) C., *Acta S. Sedis*, vol. 19. pag. 87. *Acta S. Sedis*, vol. XXXIX, sece 6.

propter, cum nullum unquam excardinationis verbum occurserit, per renuntiationem beneficii in dioecesi Viterbiensi peractam, presbyter Mascagna redit sub iurisdictione illius Episcopi, a quo dimissorias habuit, cuique in ordinatione obedientiam promisit.

E contra alter consultor contendit sacerdotem in casu ad dioecesim Viterbiensem adscriptum fuisse. Sane ipso ab Episcopo Viterbiensi ordinatus fuit per dimissorias proprii Episcopi, cuius assensu canonicatum et deinde paroeciam obtinuit. Iamvero quamvis in hisce factis ne verbum quidem excardinationis inveniatur in ipsis tamem realis significatio illius verbi continetur, perfecta nimurum clerici Mascagna dimissio ex parte Curiae Civitatis Castellanae ad dioecesim Viterbiensem absque ulla temporis et circunstantiarum restrictione habetur, quod revera aequivalet excardinationi. Cum praeterea excardinationi incardinatio respondere debat, haec recte inducitur per acta Curiae Viterbiensis, quae in sua dioecesi clericum Mascagna accepit, sacris ordinibus initiavit, et perpetuo ac inamovibili beneficio donavit; quae omnia verae incardinationi aequiparantur.

*Dubium. An sacerdos Mascagna pertineat ad dioecesim Viterbiensem vel ad dioecesim Civitatis Castellanae in casu.*

*Responsum.* S. C. Episcoporum et Regularium, post matutam deliberationem, die 4 Iulii 1905 rescribendum censuit:

*Pertinere ad dioecesim Viterbiensem.*

*Coliges.* I.<sup>o</sup> Vi decreti S. Congr. Concilii *A primis Ecclesiae saeculis* diei 20 Iulii 1898 excardinatio clerici ex una dioecesi et incardinatio in alteram sub nullitatis poena facienda est in scriptis, absolute et in perpetuum.

2.<sup>o</sup> At veteri iure, praeter scriptam incardinatem, etiam oralis, imo et aequipollens seu implicita incardinatio in usu erat, dummodo certe constaret de voluntate

utriusque Episcopi cléri, eum perpetuo et absolute recipiendi.

3.<sup>o</sup> Quae aequipollens incardinatio vérificari prae-sumebatur, si Ordinarius *a quo* absolute consentiret ut proprius clericus in aliena dioecesi beneficium resi-dentiale et perpetuum obtinēret, atque simul Ordinarius *ad quem* praefatum beneficium eidem clérīo confe-rret (1.)

4.<sup>o</sup> Quum igitur in casu satis manifesta appareat utriusque Episcopi voluntas sacerdotem Mascagna ab-solute et perpetuo dimittendi et acceptandi, idem sacer-dos dioecesi Viterbiensi abscriptus censendus est, ad

---

(1) Consulto diximus *veteri iure*, nam iure novo per citatum decretum *A primis* inducto, vi cuius sub nulitatis poena praescri-bitur incardinatio *scripta*, nedum oralis incardinatio, verum etiam implicita seu aequipollens prohibita fuit. Qua proper illorum sen-tentiae subscribere nequimus, qui censem sacerdotes beneficium residentiale et perpetuum seu canonicatum in aliena dioecesi ob-tinentes, hoc ipso eidem dioecesi saltem implice incorporari. Hoc sane modo cum ex una parte admitteretur absoluta necessitas in-cardinationis scriptae, ex altera vero admiteretur simul validitas incardinacionis non scriptae. Quod si quis obtinens beneficium re-sidentiale in aliena dioecesi, habeatur etiam dictae dioecesi incor-poratus, hoc quidem accidit non ratione recepti beneficii sed praecise ratione praecedentis vel subsequentis decreti incardinatorii. Utique non ignoramus clericum fieri posse subditum alterius Episcopi etiam ratione beneficii, sed hoc intelligendum est relate ad ordinationem qua dumtaxat mediante perpetuo incorporatur dioecesi Episcopi ordinantis. Sententia insuper, quam defendi-mus, comprobatura praxi vigente in Urbe, ubi plures numerantur sacerdotes, qui licet beneficia residentialia obtineant et adscripti sint particulari ecclesiae cui inserviunt, ideoque intuitu beneficii subsint Summo Pontifici seu Emo Urbis Vicario attamen de gre-mio cleri Romani non habentur. Quae fit ut si quis eorum pro-prio beneficio nuntium mitteret hoc ipso a pristina potestate Emi Car. Vicarii se eximeret atque totaliter reincideret in jurisdictio-nem proprii Ordinarii nempe illius a quo sacros ordines suscepit. Nil tamem prohibet, quominus, non obstantibus aliis causis, eius-modi presbyter de consensu tum proprii Episcopi tum Summi Pontificis ad tempus vel etiam in perpetuum in Urbe residere per-gat, quemadmodum patet ex decreto S. C. Concilii diei 22 De-cembbris 1894. necnon ex Litteris Apostolicis die 6 Aug. 1905 datis Caeterum candide fatemur nos dispositionem ignorat. quae diuersam praxim pro Urbe ac pro Orbe statuat. (N. R.)

quam proinde, etiam post paroeciae renuntiationem,  
pertinere pergit.

---

## SAGRADA CONGREGACIÓN DE LA INQUISICIÓN

---

**Es lícito deglutir pequeñas estampas de la Sma. Virgen  
con el fin de obtener la salud, siempre que al hacerlo  
se evite toda vana observancia.**

Romae, ex S. Officio, die 3 Augusti 1903

Illme. ac Rmē. Domine.

Supplicibus litteris die 11 Martii hujus anni signatis, quaerebat Amplitudo Tua non pro licto habendum esse parvas imagines chartaceas B. M. V. in aqua liquefactas vel ad modum pilulae involutas, ad sanitatem impetrandam, deglutire.

Re ad examen vocata, in conventu habitu die 29 Iulii p. p. Sacra haec Suprema Congregatio S. Officii, durante vacatione S. Sedis Apostolicae specialiter delegata, respondendum decrevit:

Dummodo vana omnis observantia, et periculum in eam incidendi removeantur, licere.

Valeas in Domino dilectissime.—**JOANNES BAPTISTA LUHARI Adsessor S. O.—FR. THOMAS MARÍA, Archiep. Selenciae, Con. Gen. S. O.**

R. P. D. Archiepíscopo S. Jacobi de Chile.

---

## SAGRADA C. DEL SANTO OFICIO

Se ruega á los Sres. Sacerdotes se fijen en la siguiente importantísima declaración de la Sgda. Congregación del Sto. Oficio, sobre el modo de determinar el parentesco entre dos consanguíneos en 2.<sup>º</sup> grado, cuando los abuelos que forman el tronco son también parientes en el mismo 2.<sup>º</sup> grado; de esta resolución se deduce què existen varios impedimentos, cuando ambos contrayentes ó uno solo descienden por distintas líneas de un

mismo tronco y que serán tantos los impedimentos de consanguinidad ó afinidad cuantas sean las líneas por las que uno ó ambos contrayentes descienden de un tronco común.

Beatissime Pater.

Non raro contingit in Gallia matrimonium iungi sponsos in secundo aequali consanguinitatis gradu devinctos quorum subinde soboles, post secundam generationem, easdem iterum in eodem gradu prohíbitas nuptias appetit contrahere; ex quo fit ut in hoc posteriore casu sponsis duplex communis stipes originis existat, unus quidem principalis et remotior, in quarto gradu, alter vero intermedius et proximus in secundo:

Iamvero, in his circunstantiarum adiunctis, non una est Auctorum sententia circa numerum impedimentorum eaque declarandi necessitatem.

Alii enim unicum putant dari in casu dirimens impedimentum consanguinitatis, nimirum in secundo aequali gradu, nec ulterius tacto semel stipite proximi, esse attendendum ad stipitem remotiorem quarti gradus, eo quia, aiunt prohibet canonica iurisprudencia quominus stipes idem bis in enumeratione impedimentorum adhibeatur.

Alii e contra, praeter impedimentum praefatum secundi gradus, de quo nulla esse postet controversia, duplex aliud haberi contendunt quarti gradus aequalis impedimentum, necesario, sub periculo nullitatis declarandum; unum quidem, dum sponsi linea per avum, et linea sponsae per aviam usque ad communem stipitem quarti gradus protenditur, alterum autem dum, inversa ratione, ad eundem gradus quarti stipitem ducitur linea sponsi per aviam, et per avum linea sponsae; nec isti autores laesam reputant allatam superius regulam, quae vetat utique ne utraque linea simul per eamdem personam transeat, minime vero impedit transitum per duas diversas, mariti et uxoris (avi et aviae) personas intermedium stipitem constituentes.

Quidam demum utranque sententiam existimant in iure probabilem, nec ad validitatem matrimonii referre utrum prima (de unico impedimento) an posterior (de triplici impedimento) adhibeatur in praxi.

His positis, quandocunque in dies crescit lugendus sane numerus matrimoniorum inter consobrinos, ad compescendos angores conscientiae, Episcopus Genomanensis ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus humiliter postulat sequentis dubii solutionem:

«In casu stipitis intermedii (secundi gradus) ex duobus inter se iterum (in secundo gradu) consanguineis constituti, utrum unicum existat et declarari debeat in libello supplici dispensationis, impedimentum consanguinitatis, videlicet illud solum quod ex hoc proximiori stipite intermedio procedit.

«An insuper duo alia habeantur et declaranda sint, impedimenta, provenientia ab remotiori stipite communi (quarti gradus) per lineas in stipite intermedio coniunctas.»

*Feria IV, die 11 Martii 1896.*

In congregacione generali S. R. et U. Inquisitionis proposita suprascripta instantia, Emmi. ad Rvdmi. Dni. Cardinales Inquisitores Generales, praehabito RR. DD. Consultorum voto, respondendum decreverunt:

*Negative ad 1.<sup>um</sup> : Affirmative ad 2.<sup>um</sup>*

Sequenti vero feria V. 12 dicti Mensis, Smus, D. N. Leo Div. Prov. Pp, XIII, inaudientia R. P. D. Adssessori S. O. impertita, relatam sibi Emmorum. Patrum resolutionem benigne adprobare dignatus est,  
I. MANICI CAN. MAGNONI S. R. et U. Inquis. Not.

---

## CIRCULAR NÚM. 212.

Deber principalísimo de Nuestro pastoral ministerio es procurar, en cuanto de nuestra parte esté, que aquellos jóvenes que por Dios se sientan llamados al Sacerdocio puedan seguir la carrera eclesiástica. Como

en los primeros años no todos pueden venir al Seminario, son utilísimas las preceptorías de latín y es también muy conveniente y meritorio que los Párrocos, á quienes les sea posible, lo enseñen, si en sus pueblos hay algunos que deseen estudiarlo. Ténganse presentes las bases que por decreto de 21 de Junio de 1894 fueron establecidas para las Preceptorías de Latinidad y Humanidades y lo que deciamos en nuestra Circular número 153.

De la preceptoría de Roa continúa encargado Don Antonino Estalayo. La de Soria estará á cargo del Presbítero D. Saturio Saénz García. Se establece una preceptoría en Langa, á cargo del Capellán D. Juan Romero Pradales, y los Misioneros del Inmaculado Corazón de María explicarán tambien en Latin y Humanidades en Aranda de Duero. Los pobres no tendrán que pagar retribución alguna y dispuesto estamos á favorecer á los que lo sean, en cuanto los recursos lo permitan, para que puedan seguir la carrera del Sacerdocio, si por Dios se sienten llamados.

Mucho podrán hacer, y lo harán seguramente con el celo que les distingue, nuestros amados párracos, dando á conocer en sus feligresias, y particularmente á los que pueda interesar de un modo especial, lo que en esta Circular expresamos.

Burgo de Osma 30 de Agosto de 1906.

† EL OBISPO.

---

## LEY DEL TIMBRE

---

La ley del timbre de 1.<sup>º</sup> de Enero de este año publicada en *La Gaceta* del 13 del mismo mes dispone entre otras cosas lo siguiente:

*Tímbr en los recibos.*—Cap. VI.—Art. 190. «Los documentos privados que no tengan carácter mercantil y los de esta clase que no estén expresamente gravados por la presente ley y cuya

cuantía exceda de 10 pesetas, quedan en principio sujetos al timbre gradual ó fijo, según el caso, que para los instrumentos públicos señalan los artículos 15 al 20 de esta ley.

Exceptúanse del anterior precepto:

2.<sup>º</sup> Los recibos de cantidad superior á 10 pesetas, los cuales llevarán timbre especial móvil de 10 céntimos de peseta cuando la cuantía sea mayor de diez pesetas y no exceda de mil; timbre de 25 céntimos de peseta desde mil pesetas un céntimo á dos mil, y timbre de 50 céntimos de peseta desde dos mil pesetas un céntimo en adelante.

Se entenderá por recibo á este efecto, todo escrito que el acreedor expida á favor del deudor por pago total ó parcial en metálico, compensación ó abono en cuenta, ó que anule una deuda existente; la declaración de pago ó recibí puesta en letras, pólizas de préstamo con garantía de valores cotizables, cheques á la orden, pagarés y demás efectos de comercio; las declaraciones manuscritas ó impresas con cajetín ó estampilla de «Pagado,» «Saldado,» «Descargado» ú otra equivalente, usada en cuentas, notas ó cualquier otro escrito, en justificación de pago en numerario; los recibos por pagos hechos con letras, cheques y cualquiera otro efecto de comercio; los escritos acusando recibo de cantidad en efectivo por saldo total ó parcial de una deuda; y en general, todo escrito que justifique recibo de numerario, cualquiera que sea la causa ú origen que lo produzca. Cuando se trate de cantidades percibidas del Estado, contribuirán en la forma que dispone el artículo 31, caso 4.<sup>º</sup> de esta ley.

*Timbre en los títulos.*—Cap. X.—Art. 70. Los reales títulos, despachos, credenciales de empleos, cargos ó dignidades, cuando estas últimas sirvan por sí solas para la posesión y disfrute de haber, sin necesidad de título, cualquiera que sea la carrera en que se concedan civil, militar ó eclesiástica y se hallen remuneradas por los presupuestos generales del Estado, de la provincia ó del Municipio, así como los de empleados de la Real Casa, los de los Cuerpos Colegisladores, las certificaciones de declaración de derechos pasivos, los duplicados de dichos documentos cuando se expidan á instancia de parte y los nombramientos hechos de empleos por Empresas particulares arrendatarias de rentas ó servicios públicos, que de alguna manera necesiten ser confirmados por Autoridades administrativas, se reintegrarán por el im-

puesto del timbre, fijado el móvil correspondiente al sueldo ó remuneración anual, según la escala siguiente:

SUELDO ANUAL	TIMBRE	CLASE	PRECIO
Hasta 1.000 pesetas.	. . .	II. <sup>a</sup>	1 peseta.
Desde 1.000'01 hasta 1.500	10. <sup>a</sup>	2	»
Desde 1.500'01 hasta 2.500	7. <sup>a</sup>	5	»
Desde 2.500'01 hasta 3.500	5. <sup>a</sup>	10	»
Desde 3.500'01 hasta 6.000	4. <sup>a</sup>	35	»
Desde 6.000'01 hasta 7.500	3. <sup>a</sup>	50	»
Desde 7.500'01 hasta 10.000	2. <sup>a</sup>	75	»
Desde 10.000'01 en adelante.	1. <sup>a</sup>	100	»

Los expresados documentos, cuando se expidan para el ejercicio de cargos que no tengan señalado sueldo fijo, llevarán el timbre correspondiente á la categoría asimilada que tenga el referido cargo. Si no tuviera asimilación á ninguna de las carreras del Estado que tienen señalado un sueldo fijo, las Autoridades, Jefes ó Corporaciones á quienes corresponda expedir los títulos, credenciales y despachos, harán la regulación de haberes, remuneraciones ó emolumentos anuales, cuidando, bajo su responsabilidad, de que se extiendan aquellos documentos en el timbre que corresponda.

Art. 72. Los pliegos que deban aumentarse para diligenciar los títulos sin variar el sueldo, serán de una peseta, clase II.<sup>a</sup>

*Timbre en las actuaciones eclesiásticas.*—Cap. XXI.—Art. 137. Se empleará timbre de una peseta, clase II.<sup>a</sup>

1.<sup>o</sup> En las actas originales de consentimiento y consejo paternos, que autoricen los Párrocos, Notarios y Autoridades eclesiásticas. Las que fuesen negativas se extenderán en papel de 10 céntimos, de la clase 12.<sup>a</sup>

2.<sup>o</sup> En las certificaciones de partidas sacramentales, de defunción y de actas de consentimiento y consejo, que se expidan á petición de parte. No se extenderán más de una en cada pliego.

Los documentos expresados en el precedente párrafo, se extenderán en papel común cuando se expidan por mandamiento de Autoridad judicial para unir á las causas criminales, juicios de faltas ó expedientes del reintegro á que se refieren los artículos 120 y 121 de esta ley. Igualmente deberán extenderse en papel común las certificaciones de partidas sacramentales que hayan de unirse á los expedientes matrimoniales de pobres.

3.<sup>º</sup> En las actuaciones de los Tribunales eclesiásticos, excepto cuando recaiga en debida y legal forma declaración de pobreza, en cuyo caso se extenderán en papel común.

4.<sup>º</sup> En los testimonios que se expidan á instancia de parte, de documentos que consten en los Archivos eclesiásticos. Cuando se reclamaren por la Autoridad competente y en interés público, se expedirán en papel común.

---

## Ley sobre embargos

---

La *Gaceta* acaba de publicar una interesante ley, cuya parte dispositiva dice así:

«Art. 1.<sup>º</sup> El párrafo 1.<sup>º</sup> del art. 1449 de la ley de Enjuiciamiento civil se redactará de este modo: «Tampoco se embargará nunca el lecho cotidiano del deudor, de su cónyuge é hijos: las ropas del preciso uso de los mismos, los instrumentos necesarios para el arte ó oficio á que aquél pueda estar dedicado, ni el salario, jornal, sueldo, pensión ó retribución, ó su equivalente, que no exceda de 2 pesetas 50 céntimos al día.»

Art. 2.<sup>º</sup> El art. 1451 de la mencionada ley se redactará de la manera siguiente: «Cuando hubiera que proceder contra salarios, jornales, sueldos ó retribuciones superiores á 2 pesetas 50 céntimos, el haber que resta á percibir en ningún caso ni por ningún motivo podrá ser inferior á dichas 2 pesetas 50 céntimos diarias; respecto á los salarios, sueldos, pensiones, jornales ó retribuciones que excedan de dicha cantidad sólo se embargará la quinta parte sino pasaran de 2.500 pesetas anuales; la tercera parte desde esta cantidad á 5.000, y la mitad de esta cifra en adelante. Cobrándose por días, semanas, quincenas ó meses, se computará el ingreso por el múltiplo que correspondería á las indicadas anualidades. Si dichos salarios, jornales, sueldos ó pensiones estuvieren gravados con documentos permanentes ó transitorios, impuestos, arbitrios, repartimientos ó cargas públicas, la cantidad líquida que, deducidas estas

perciba el deudor será lo que sirva de tipo para regular el embargo, según lo establecido en el párrafo anterior.

Art. 3.<sup>º</sup> El art. 1452, de la misma ley se redactará de este modo: «Sean cualesquiera los convenios particulares que haya hecho el deudor con sus acreedores, cuando se proceda judicialmente sobre el sueldo, pensión, jornal, salario ó retribución que disfrute, no podrá embargarse más que la parte proporcional establecida en el artículo anterior, debiendo quedarles siempre el resto libre de responsabilidad. Esta disposición es igualmente aplicable aunque se trate de obligaciones resultantes de juicios verbales, transacciones, actos de conciliación ó de cualquier otra forma externa jurídica en que directa ó indirectamente, por expresa declaración ú omisión de actos, acciones, excepciones, diligencias ó trámites resulte el consentimiento.»

Art. 4.<sup>º</sup> La referencia que al art. 1449 de la ley de Enjuiciamiento civil contiene el 598 de la de Enjuiciamiento criminal, se considerará tambien extensiva á la modificación que en aquél se introduce por el primero de esta ley.

Art. 5.<sup>º</sup> La adición que se contiene en el art. 2.<sup>º</sup> de esta ley se llevará tambien al 610 de la de Enjuiciamiento criminal.

Art. 6.<sup>º</sup> La excepción parcial ó total de embargo que por la presente ley se declara, se considerará incluida en los artículos 68 y 69, respectivamente, de la instrucción de 26 de Abril de 1900, y en cualquier otra disposición que requiere para el procedimiento contra deudores á la Hacienda del Estado, la Provincia ó el Municipio.

Art. 7.<sup>º</sup> Quedan subsistentes para los casos especiales á que se refieren las leyes de 25 de Abril y 5 de Junio de 1895 sobre retenciones ó embargos.»